



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Saxonia || Et || Metropolis || Alberti Crantzii || Historici
Doctiss. Sacrae || Theologiae & Iuris Canonici Doctoris ||
celeberrimi, ac Ecclesiae Ham-||burgensis quondam
Decani**

Krantz, Albert

Coloniae, 1574

Capvt XVIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11453

est experta. Tumultuabantur Flandriae maiora oppida, & ad libertatem sublati oneribus, quae vel Philippus, vel Karolus imposuere, proclamabant. Seruierat tempori prudens puella: & quod necesse fuit, permisit ciuibus, quorum videbatur opera tum nimis indigere, quae poscebant aequa, etiam si iuri suo, si obventionibus solitis contraherent, tum dissimulanter habuit.

CAPVT XVIII.

Capitaneus in terris puellae primum gerendo bello ante Maximiliani ingressum decernitur nobilis Flammingus: Indè mutata sententia, quò res auctoritatem maiorem habere videretur, Adolphum ducem Gelriae, vsq; in eum diem Cortraci oppido Flandriae pro captiuo habitum, bello ducem delegere: Compositis rebus intra oppida, armati ciues exhibant, non contemnendus exercitus: & se regijs opposuere, ducentes in Tornacum: Ibi enim confederat militia regis. Tendeat in agris exercitus Flandrensium, & ibant pradam manus militum in diuersa. Adolphus dux, vir armorum peritissimus, sed bello non satis fortunatus, nec longè super terram futurus, quòd patrem in vinculis tenuisset, ibat cum paucis equitibus speculatum, quid hostes molirentur, si qua capiendae urbis via videretur. Franci, siue signo dato, quod nonnulli suspiciantur siue industria sua circumspectantes, incidunt in ducem, qui speculaturus exibat: mox circumuentum, multi paucos capere contendunt. Ille cum se acrius defenderet, à multis facile superatur, & pertinacius repugnans, confoditur, primitiæ belli miserae: occisumq; velut emortuum pecus, iumento impositum, ex transuerso deuehunt in urbem, tumultantq; in ecclesia maiore, comperto quòd dux esset. Mox Gandauenses, sublati signis, abiere: Brugenses autem

autem cum Iprensibus, cum non tam facile cederent, ex-
cepere impetum superuenientium ex vrbe hostium: Nec
diu pugna sors harebat: Vertuntur in fugam: Supra
capiuntur. Hic erat exitus infastæ expeditionis quæ
prima fuit. Reuertentibus in ipso itinere Gādauensibus,
obuij fuere sexcenti ex Geldria milites, suo duci, quem
capitaneum audierāt præfectum, gratulanter militatu-
ri: Sed vbi audiērunt infelicem exitū, mœsti rediērunt
in patriam. De alio mox ductore deliberatū. Defertur
Petro de Lutzenburgo comiti sancti Pauli. Sed ille à po-
dagra se excusauit, & vacationē obtinet. Iacobus de Re-
mont filius ducis Sabaudia creatur: Iohannes & Iaco-
bus de Lutzenburgo, filij Theobaldi, iunguntur cōmi-
tes, in Duaco & Aldenardo fines Flandriæ tutaturi. Io-
hannes dux Cliuensis, Philippus de Rauenstein frater
eius, Philippus de Beueren consilio præsumt apud domi-
nam. Philippus tamen de Beueren Antonij bastardi fili-
us, Ariæ & sancto Audomaro præficitur: Sed alteri per-
mittens curam, Ariam protinus amisit, nec satis institit
auxilio patris Antonij, qui regē sequebatur, recuperare.
Exteri conducuntur capitanei, Iacobus Galeottus Italus
Parmensis, Zalazart Hispanus, fines, vt poterant, sunt
tutati. Gandau nouus creatur capitaneus Iohannes Du-
denzel, qui cum armatis ciuibz exiens, sine fructu re-
uertitur: Brugis tumultuatum est, & captis aliquot
ex ciuibz & in feruore truncatis, interueniente Fri-
derico Tornacensi episcopo, mox conquieuit.

CAPVT XIX.

Maximilianus indè dux Mariæ sponsus, in Flan-
driam descenderat ad finem mensis Iulij anni
septuagesimiseptimi, cum quo nuptias Gandau inibat
puella. Erat in eius comitatu Metensis episcopus, Si-

Kkk gismun-